Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Nam hec propter et facere et celare et no dare poenas (penas) posunt. Preterea si amici sunt his qui in iuriam perpe-
runtur: aut iudicibus nam et amici nec observant iniuri-
antes amicos et reconciliari malunt quam accusare et iudices
ijs gratificantur quos amant et aut omnino absoluunt aut
parui condempnant. Celare autem facilius possunt partim
qui ad pauca crimina iniustomodi sunt ut si in bellis pulsasse
hominem accusetur aut inopes ac deformes adulteri. et
que in aperto et ante oculos posita sunt. nam que nemo
putat nemo seruat. et que tanta huiusmodi que sunt: ut
ea nullus. Nam et hec minime observantur. Omnes enim
homines que usitatissime in iuriis sunt: ab eis cauent:
ueluti etiam a morbis: qui solent in uadere quo ante
nodum aliquis laborauit: adeo nemo cauet. Partim
ij quibus nullus inimicus est aut pluimi. Ab eis celatos
se putant: quo non observentur. alij quo non videantur aggressuri fuisse cum observentur. habent qui defensionem
habent: quo non fuissent aggressuri. Partim his quos uel mo-
ror uel locus uel affectio commoda celat. Partim his qui
si celare non potuerint: propellere omnino iudicium possunt:
aut in longius prorogare: aut iudices corrumpere. Partim
si pecunia damnabuntur: uel solutione supersedere po-
sunt: uel in longius producere: uel ob in ob op inopiam
nihil habeant quo perdant. Partim quibus emolumenta
quibus quidem uel aperte adueniunt uel magna: uel de
propinquo damna uero econtrario uel occulta uel parua:
uel de longe. Partim quibus maior est utilitas quam ut par
supplicium excogitari queat. quod tyrannis consecuta uidet.
Partim quibuscumque in iuriis quidem lucra sunt: condemna-
ntes autem obprobria solu. et contra quibus in iuriis solum
quidem laudi quodam modo sunt. ut si alicui simul con-
tigerit parentem uiolasti: ueluti zenoni. condempnatos uo
aut exilio aut pecunie aut alterius huiustomodi. Iniuriam